


Heider, Daniel: Gründliche Außführung, Wessen sich deß H. Reichs Stadt Lindaw, wegen einer ... in anno 1628 ohnversehens abgelöster, vnd dem ... Grafen von Montfort ... sampt mitergriffnen vier Dörffern, überlassner ... der Ertzhertzogin Claudiae ... pendente lite cedirter Reichs-Pfandschafft ... wider menniglich zu halten ... vnd zu getrösten hab: Mit Ends angehenckten ... documentis ... Ubi ex jure publico [!]

Nürnberg, 1643

Seite 746

746.

nimine petivi communiri. Datum & actum anno Domini M. CC. LXXVIII. quinto Kalend. Maji, indictione VII.

II.  Niversis presentis scripti inspectoribus Henricus dictus Weber de Aeschach Noticiam subscriptorum. Noverint universi tam praesentes quam posterius, Quod cum vineam meam dictam zum Inwange/ cum voluntate uxoris meae ac puerorum consensu, ad manus Reverendae Dominae Siginæ Abbatissæ Monasterii Lindaugensis libere resignassem: Ipsa eandem vineam, mihi, uxori, pueris meis ac eorum heredibus, pro annuo censu videlicet pro dimidia libra piperis in festo Beati Andreae Apostoli persolvenda concesserit pacifice fruendam. Si vero ego, uxor, pueri mei & ipsorum heredes, per lapsum trium annorum, in solutione census antedicti extiterimus negligentes: ex tunc ipsa vinea, redire debet ad suum Monasterium ex conventionem inter nos habitam & devolvi. Nilominus quocumque anno census antedictus infra spacium unius mensis post terminum praedictum per nos non fuerit expeditus, dimidia libra piperis addi debeat pro poena debita & emenda. In hujus rei testimonium & caudalam, praesentem litteram Sigillorum Reverendae Dominae Abbatissæ antedictae ac Venerabilis Domini Abbatis Monasterii Prigantini munimine petii communiri. Datum & actum Anno Domini 1279. 5. nonas Maji, indictione septima.



(74.)


**Verleihung deß Wassers auff die Mühl zu Rickenbach/
deßgleichen Adelhartshofen/ vnd eines Guts an der
Egerten/**

Von dem Stifte Lindaw/

Segen

Dem Spital daselbsten/

**Testibus Ulrico Monetario, Villico de Rickenbach, &
universitate rusticorum ibidem.**

 N nomine Domini Amen. Anna Dei gratia & Conventus Monasterii Lindaugensis universis hanc paginam inspecturis noticiam rei gesta & salutem in omnium salvatore. Multis incommodis prudenter occurrimus, cum aetatis nostrae negotia literarum memoriae commendamus. Solet enim frequenter accidere, quod ipsos testes de medio revellat interitus, & arrodatur oblivio quae viderunt. Sciant ergo praesentes & posterius nati & nascituri hanc paginam inspecturis, quod nos Abbatissa & Conventus monasterii praenotari concessimus hospitali Sancti Spiritus in Lindaugia, a quam molendini quae ducit meatum a Rickenbach, pro annuo censu duorum pullorum, quorum praesentia juris memoriam annis singulis ab humana calumnia revocabit: Item Adelhartshoven cum omni jure, pro annuo censu decem solidorum & quadraginta ovorum & duorum pullorum. Item an der Egerten pomerium & agros ad ipsum spectantes pro annuo censu duarum librarum piperis concessimus hospitali praedicto hoc tamen adjecto, quod Procuratores praedicti Hospitalis viginti libras pro modo debiti computatas nobis liberè & voluntarie remiserunt. Cum autem hac